



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De reformatione voluntatis. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

scilicet Deo, his amplius fili mi ne requiras.]  
 Profectus rationis est, ex illuminatione diuina rationes fidei aliquatenus intelligere. Quia et si fides supra rationem sit, ita quod eam potest non valet comprehendere, illuminata tamen diuinitus ratio, videt nihil rationabilius esse, quam fides est Christiana, cui omnis natura attestatur, omnis mundi sapientia famulatur. Perfectio rationis in hac vita est, per mentis excessum supra se rapi, & non per ængmata corporearum similitudinum, nec per ratiocinationum argumenta: sed purissima mentis intelligentia Deum in contemplatione videre.

*De reformatione voluntatis.*

CAP. VI.

**I**NITIVM reformationis voluntatis est, Lex bonæ voluntatis assensu viriis resistere, & operibus virtutum fideliter instare propter Deum. Quia enim curua & distorta fuit auersa à Deo, necesse habet vt conuersa cogat se concordare cum Deo, & motus rebelles per studium boni operis ad rectitudinem reflectere diuinæ voluntatis. Profectus eius est, omnes affectiones habere ordinatas, & in virtutes formatas sine rebellionem vel coactionem: vt iam non libeat nisi quod est secundum voluntatem Dei. Perfectio voluntatis est, vnum cum Deo esse in spiritu per amorem: vt iam non possit velle nisi Deum, & eius suauitatis dulcedine inebriari.

De